



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Praxis Beneficiorvm D. Petri Rebvffi Montispessvlani
Ivrvvm Doct. Ac Comitiss, Ivrisqve Pontificii Ordinarii
Professoris Paris. & ibidem in supremo Senatu Causarum
Patroni**

Rebuffi, Pierre

Coloniae, 1610

De friuolis appellationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63686](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63686)

Magister tamen Ioannes de le Court aduocatus in parlamento, sed consiliarius in castelleto, non potuit tanquam aduocatus vti hoc priuilegio. Arrelto Senatus, anno 1525. die 3. aut seq. Martii.

Consiliarius
castellei
hodie vti
in priuilegio
aduo-
catoru
parlamentu.

[Hoc tamen hodie concessum est locu tenenti ciuili, & criminali, & consiliariis eiusdem curie, atque aduocato & procuratori regis, & causæ istorum sunt consiliariis supplicationum commissæ, quod priuilegium fuit publicatum in eadem curia anno 1539. & die 16. Iunii.]

Arrestum.

Quæro quod si aliquis conueniatur extra suam iurisdictionem, an teneatur comparere, communiter tenetur quod sic ad allegandum suum priuilegium. l. 2. ff. si quis in ius vocatus non ierit. l. non videtur. §. si quis ex alieno ff. de iud. quod est verum. quando conueniretur intra regnum, secus si extra, quia tunc est notorium, quod ille non est iudex, ob id citatus non tenetur comparere. per gl. in c. super literis in verbo, nisi fors. de rescri. §. Pan. in c. olim. col. 2. de excep. Et si notorium esset quod iudex non possit de illa causa cognoscere, vipote quia editum regis dicit, quod cognitio feudi spectet ad balliuum si citatus quis fuerit coram preposito, appellare poterit, vt fuit dictu in senatu pro Longolio secretario an. 1543 die 12. Febr. & de clerico citato coram iudice seculari, quod comparere teneatur allegaturus priuilegium censuit Senatus, vt refert Aufre. in stylo parlam. arrelto. 167. Et quando quis citatur extra regnum practica est, vt ille ab abusu appellet ad senatum, qui illum abusum in hoc regno reformat, cum sunt deputati iudices infra in rubr. de poena temere venientium contra concordata, sed si iudex regni nolit remittere citam ad suum iudicem, poterit simpliciter appellare. vid. c. olim. quod est notandum. Et vidi iudicari, vt executor intimari possit, & citari tanquam pars, quia pars extra regnum citari non potest, sic iudicatum fuit, anno 1534. die 15. Februarii, in hoc senatu contra executores cuiusdam abbatis in Sabaudia residentis. Alia pulchra dicit gl. prag. sanctio. ad quam est recurrendum, ne suam operam mihi adscribam.

Arrestum.
Executori
quando ap-
pellatio

Friuola appellatio dicitur vana & inanis. Arch. per illum tex. in ca. cum appellati- bus. de appell. m. 6. allegatur. l. quisquis. C. de re- as est de sem. vend. Etiam potest dici friuola illa, que frustrato- sine grauamine est interposita. not. in ca. vt ruis appel- lationibus de appell.

Exceptiones friuolæ sunt leues, & nul- lius momenti, vt declaro in arbore exceptio- num in fine.

Friuolæ excusationes sunt vanæ & fu- tiles. veniens de accusat.

Nota quod appellatio habet quatuor naturas. videlicet suspendendi, extendan- di, confirmandi & decernendi. teste Bald. in c. fraternitatis, col. 2. de testibus. & Fel. in ca. cum nouare causa. de re iud. de his plenius in tract. de appell. scribam in 7. tom. consue. reg. Addendum est, quod si quispiam friuolè appellauerit ad curiam, & releuauerit, si postea ipse oblatio non releuat appellatorem ab expensis, vt fuit dictum anno 1533. die 15. Decembris, quia oporteret oblationem fieri in iudicio, postquã curia est saisita appellatione, id est, introducta est appellatio in curia, tamen quando oblatio est iusta, eo quia sine interesse reperitur appellatus, fuit in expensis condemnatus 1534. die 16. Februarii.

De Friuolis appellationibus.

Omissio medio non licet cuiquam appellare, nec ante diffinitiuam sententiam, nisi graua- men sit irreparabile, & tunc ad iudicem immediatum appellabitur. hoc dicit.



C ne sub umbra appella- tionum, quæ nimium, & nonnunquam friuolè in- terponi consueuerunt, atque etiam in eadem instantia ad prorogationem litium sæpe multiplicari, iniustus vexationi- bus materia præbeat: Volumus quod si quis offensus coram suo iudice iustitiæ; complementum

FFFF 2

habere non possit, ad immediatum superiorem per appellationem recursum habeat: nec ad aliquem superiorem, etiam ad nos & successores nostros, vel sedem predictam, omisso medio. Nec à grauamine in quacunq; instantia, ante diffinitiuam sententiam quomodolibet appelletur, nisi forsitan tale grauamen extiterit, quod in diffinitiuam reparari nequiret, & eo casu non nisi ad immediatū superiorē licet appellari.

Textus diuisio.

Hic text. vsque ad finem tres habet partes, prout tria dicta ponit diuersa, secunda, ibi, si quis verò. tertia, ibi, statimus. hæc prima pars quatuor habet partes. In prima ponitur constitutionis ratio. In secunda, constitutio. In tertia, aliud dictum. In quarta aliud. secunda, ibi, volumus, tertia, ibi, nec ad aliquem. quarta, ibi, nec à grauamine. Et hæc ultima pars tres particulas habet, secunda, ibi, nisi tertia, ibi, & eo casu, &c.

Prima regula.

Prima regula ex hoc text. elicitur, videlicet quòd quando aliquis non potest habere iustitiæ complementum à suo iudice, appellare potest ad immediatum superiorem, intellige tam in clericis, quam in laicis, cum hæc constitutio sit condita à papa & à rege, qui iurisdictionem in rebusque habent. ut dicitur in c. notuit. de iur. & supra. proximo dixi. Si tamen immediatus superior non posset haberi, & impedimentum sit modico tempore duraturum, expectandus est, arg. l. si longius. ff. de iud. Aliàs poterit prosequi coram superiore impediti. l. pen. ff. de vacatio. numerum. Bart. in l. 1. §. si quis. col. vi. ff. de appel. Perus. in rub. de appel. col. pen. in 4. q.

Quot requisitiones requirantur.

Requiritur tamen ad minimum vna requisitio iudici facta. arg. l. Tria seio. §. vsurus. ff. de leg. 2. gl. in verb. requisierim. in clem. 1. de her. & in l. mora. ff. de vsur. vbi Barto. dicit ad hoc, ut non dicatur stetisse per partem, sed

per iudicem, sufficit quòd semel iudex fuerit requisitus de expeditione causæ. Alexander in l. de pupillo. §. si quis ipsi. prout. ff. de operis noui nuncia. Idem tenet Imol. in d. §. vsuras. dicens tutius esse quòd sapius fiat requisitio. per. c. 1. de suppl. negl. præl. & ibi est sing. casus, quòd quando alicuius inferior vult constituere superiorem in mora, tres interpellationes requiruntur, & hoc etiam tenuit Ant. in cap. plerunq; in fin. de rescrip. & in cap. dilecto. colum. 2. de appel. gloss. in clem. 2. §. si vero. in verbo, recusauerim. de sepul. & in clem. 1. de decif. vbi Cardin. & Felin. in cap. ex literis. colum. 5. de constit. post Bald. in §. 1. si de inuestitura inter dom. & vassal. l. 1. oria. col. 2.]

Et ista est communis, teste Bauer. in suo trac. de mora. 1. parte. col. 2. intellige, nisi in prima interpellatione recusetur, tunc vna sufficit, alias contra. per gloss. in d. verb. recusauerim. & Alexand. cons. 51. stentibus verbis. in 4. vol. per lex consensu. §. fin. ff. de appell. Et quòd opus sit requisitione. est text. in l. 1. §. magistratibus. ff. de magist. conueni. & ibi pulchre Bal. Imo requisitio facta antecessori, non prodesset coram successore, ut posset appellare, sicut hic dicitur, sed oportet coram eo instare, & acta producere, ut dicitur in l. mortuo. & in l. si eum hominem. ff. de fideiuss. & l. proponebatur. de iudic. facit l. si iudex. ibidem. & eum requirere. ut causam expediat, & partem aduersam citet. l. edictum. ff. de iudi. [Et in stilo parlam. in 1. parte. tit. de modo procur. causas. §. non sciendum. dicitur tres requiri, & quartam ex abundantia.]

Nota quòd iudex vel magistratus negligens circa ea quæ sibi incumbunt, tenetur ad interesse. l. 4. §. in eu. & ibi doct. ff. de damno. gen. quod infest. l. diuus. in si. de offic. presid. plenè Paris. de modo in Puteo, in tract. de syndica. in verbo, contra magistratum fol. 77. in paruo volum. & potest ab officio deponi. gloss. in cap. dictum. si. dist. & etiam per nos. in c. grandi. de. uppl. negl. prela. in 6. In edict. per nos. ge. ut per Are. in c. illa. col. 1. de accus. dixi abundè postea in ord. reg.

Imò quando quis appellat ab isto iudice ratione denegate iurisdictionis, debet intimari iudici, & non parti quia per partem non stat, ut fuit dictum in iurisdictionibus conuentibus,

Arrestum. conuentibus, Anno 1535. die 3. Septemb. Et tunc iudex ad expensas condemnabitur, & interdū ad multam, si dolus appareat. * Vnde dicit Pan. in c. dilectus. 1. col. 2. de refer. quod si iudex ex officio processerit, tunc debet citari, vt suam defendat sententiam, tum quia tenet locum partis, tū quia eius interest, ne postea puniatur, si iniquē eam processisse contiterit. c. venerabilibus. de sent. excomm. in 6. c. hoc etiam. 2. q. 6. l. 2. de pena iudicis qui male iudica. C. Ideo debet iudex aduertere, ne ex officio passim procedat, saltem habeat procuratorem regium, aut ad instantiam partis iudicet, & tunc non erit citandus, seu intimandus, sed pars poterit ei notificare appellationem, & vt compareat, si sua interesse putauerit, & potest defendere, si velit, quia ex retractione sententię aliquale paratur ei præiudicium, saltem famę. arg. l. senten. ff. de app. gl. in c. sacro. in verbo, constituta. de sent. excomm. sed interdum vltimi iudices deterius iudicant, quā priores. l. 1. ff. de app. Hoc tamen non est præsumendum, vt per do. ibidem. ideo iudices non curant hodie defendere suas sententias, nisi ad hoc citentur.

Item sumendo argumentum à contrario, patet quòd si quis possit habere complementum à suo iudice, superior non debet inhibere inferiori, ne sua iurisdictione vtatur. Arch. in c. de persona. 11. q. 1. quia ordo confunditur, Sec. capit. peruenit. ibidem. nisi causa esset deuoluta ad superiorem per viam nullitatis, vel appellationis, vel per restitutionem in integrum, vel aliàs. l. si causa cognita. C. de transact. Bal. in l. 1. col. 3. ff. de offic. consul. §. l. a. C. quomodo & quando tud. vbi limitat, quando inferior haberet iurisdictionem ab illo superiore, quia tunc poterit inferior superiori inhibere, & causam ad se euocare. Bal. in l. eleganter. §. si quis post. in si ff. de cond. indeb. Iacobi. in tractatu. de feud. in verbo, vicarius. col. 2. De hac materia euocationis fusius quam quicuis alius, [dixi in tracta. meo de euoca. in 1. tomo constitutio. regia. vnde is qui adit principem, iustitiam petiturus, debet dicere se prius interpellasse præsidem. teste Luc. de penna. in l. vna. in si. C. de pisto. lib. 11.]

Secunda regula est, quod ad Papam vel regem non potest omisso medio appellari. de imperatore est tex. in l. imperatores. ff. de app. ad Papam olim semper poterat appellari. ca. dilecti filii. de appell. c. ad Romanam. 2. que. 6. Hodie vult iure communi vti hic: & si omisso medio fuerit appellatum, debet ille ad iudicem mediatum remittere. Etiam fuit reprobata consuetudo in contrarium. arresto senatus, anno 1523. die 11. Maij, contra abbatem de Toussainctz. d' Angiers, qui sic appellauerat ex officiali episcopi Turon. ad Papam omisso primatē Lugd. licet diceret sibi esse inimicum propter iniuriam, & processus contra eum habitos. Fallit in curia parlamēti, quæ ex causa poterit causam retinere, per legem regni, rub. des appellations, art. 1. que est in ordinatio. Caroli septimi. art. 9. Et ibi dixi probatur in c. vt debitus. de appell.

Fallit quando superior simul cum inferiore de causa cognoscerent, tunc ad superiorem omisso illo medio, qui iam cognouit, appellari posset, vt si archidiaconus & episcopus simul cognoscerent, appellabitur ad archiepiscopum, arg. c. si à sublegato. de offi. deleg. in 6. c. super quaest. §. si vero, illo rit. Bar. Et Imol. in d. l. 1. §. si quis ff. eo. quos sequitur etiam Perus. in rub. huus. 11. q. 5.

Secundo, fallit quando iudex ad quem graduatim deuoluitur appellatio, esset in loco pestifero, vbi non redderetur ius, tūc omisso medio appellatio non est respicienda. Bar. in d. §. si quis. Et in l. vbi absunt. ff. de iur. Et curat. dat. ab his Pan. Et Felin. in rubr. de app. pertex. in c. si is cui. Et c. si a sublegato. de offi. dele. in 6. Refert Et sequitur de Ripa in tract. de peste, fol. 53. in 6. pestis priuileg. iudiciali. esset tamen in practica difficile obtinere.

Tertio, fallit in scholaribus, qui ad Papam, regem, vel curiam supremam, pro locis vbi degūt, appellare poterunt hoc textu non obstante, & hoc probatur in aut. habitata. C. ne fil. pro patre. vbi dixi in priuilegio scholarum. 164. postquam imperator ex officio offert se ipsum eidem, ibi, speciali quadā dilectione eos ab omni iniuria defendamus. & ita tenet Bald. ibi, & sic aliàs obtinui. * vnde censuit senatus Paris. à confer.

Omisso medio non licet appellari.

Arrestum.

Scholares omisso medio appellare possunt.



Arrestum.

uatoribus regis ad parlamentum esse appellandum anno 1509. die 3. Junij. Idem in miserabilibus personis tenet Bertach. in tract. de gabel. in 7. parte. q. 27. Et sic in tract. de sen. prouiso. in d. ff. gl. vii. nu. 32.

Quarto, fallit quando immediatus superior esset suspectus, vel recusatus. Ioann. And. in c. Romana. de appel. Arch. in cap. anteriorum. 2. q. 6.

Et quando locum tenens generalis seneschali grauauit partem, remittetur causa ad eandem sedem, decidetur tamen per alium quam per eum, qui grauauit. [Et poterit recusari etiam alius iudex ex causa non obtante remissione, vt fuit dictum in arresto Pictauieni. inter iudices & consiliarios, die 17. Iulij anno 1540. in hoc senatu.] Alias si is, qui grauauit, uellet cognoscere, arbitraria poena puniretur, vt fuit decisum contra prepositu de Coufisi, ann. 1533. die 17. Nouemb. Imò non seruatur in curiis secularibus regni. c. vt debitus. de app. vt iudex secularis, quamuis pronunciet malè iudicatu, possit retinere causam, sed debet eam remittere ad eandem sedem. Ad alium tamen quam ad eum qui iudicauit, vt senatus pronunciauit an. 1533. & die 16. Decem. quod procedit quando appellatur de iudice regio ad regium, secus quando appellatur à iudice non regis ad regiu, quia tunc causam retinere ex consuetudine solet, licet contrarium ex causa fuerit iudicatum pro dominiis de Royalmont. die 24. Nouem. anno domini 1534.

Arrestum. Iudices seculares remittunt causam, licet malè iudicatum pronunciant.

Quinto, non procedit quando pars appellasset omisso medio, & altera pars non opposuisset, per tex. in d. l. Imperatores. ff. de app.

Sexto, limitatur quando iudex medius esset inhabilis, utpote hereticus, vel excòmmunicatus. *gloss. Et doct. in c. is cui de offic. de leg. in 6. Refert Soci. vbi tradit 14. casus, in quibus licet omisso medio appellare. in tract. fallen. reg. 23. app. Perus. in c. Romana. §. ab archidiacono. de ap. in 6. vbi ponit duodecim casus. Et Preposit. in ca. dilecti filij. 2. col. 3. Et seq. illo ritu. vbi Perus. Et Deci. plenè. vide glo. in verbo, medio. eo. tit. in prag. sancti. Et Doct. Russum in 6. priuileg. tract. archiepiscopi. Et no-*

ta, quod vbi quis appellat simpliciter & o. Atten- ta, quod vbi quis appellat simpliciter & o. Atten- to non obstantibus attentatis remitti de- reuocatur. ber ad iudicem immediatum, quia atten- tata non sunt in contemptum curiae facta. sic fuit decisum per Senatum, *refe. Austrum. Arrestum stylo parlamenti in 4. parte. arresto 180. item nua quod vbi. Et sic non reuocabuntur attentata per curiam, vt not. in ca. non solum. de appel. in 6. * Et in criminalibus dicunt pragmatici omisso medio liberum esse appellare & releuare, ratione legis.*

Vltimò, si quis omisso medio appellauerit ad curiam, vel causa fuit euocata per curiam partem, & dicatur eum malè appellasse, non debet in maiori emenda còdemnari, quam si fuisset còdemnatus à iudice immediato, & ita sepius pronunciarum audiui, sed fuit dubitatum. Quid si in vim edicti regij liceat appellare ad seneschallum, vel ad curiam, & is appellauit ad curiam, cum liberum ei esset ad seneschallu appellare, an debeat sexaginta libras, vel minorem multam? causa fuit in consilio posita in camera criminali, quam vocat vulgus Tornel. Arrestum lam, anno 1540. die 26. Martij, ante Pascha.

Tertia regula est, quod ab interloco- ria non potest appellari, & hoc est statutum, vt breuius lites terminentur, & vt parca- tur laboribus & expensis partium. *not. in l. i. de iur. properandum. C. de iudi.*

Et non obstante appellatione iudex à quo procedere potest ante inhibitionem, non potest. [*cap. non solum. de app. li. 6. Bar. in l. eius qui. ff. de appel. recip.*] Et hoc fuit etiam pronunciatum habere locum in còsiliariis supplicationum, seu reuestarum arresto Senatus, an. 1519. die 9. Augusti. [Tamen si aliquis timens ne contra ius quaestioni detur, appelleret, confelsio postea in quaestione facta nõ valebit. *l. ff. in noua. app. nec est opus hoc casu expectare superioris inhibitionem: quia mora interim periculum afferret. Bal. in rub. C. commun. vel episcopo. sequitur. l. 1. in l. 1. col. 20. nu. 73. ff. de off. eius.*]

Imò sic appellans iure puniebatur. *l. 2. C. de episcopo. audien.* Et hoc etiam est statutum in reg. cancel. 35.

Fallit

Grauamen fallit quando grauamen non possit in definitiua reparari, vti hic & tunc ad proximum superiorem appellabitur, vt supra dictum extitit. Et istud probatur per *l. c. in l. 2. ff. de app. recipien.* quia melius est in tempore occurrere, quam post exitum vindicare. *l. 1. c. quando lice. vnicuique sine iud. se vindi.* alias possit dici illi, terra prece subuocari tibi desideras. *l. 2. c. de iur. & fact. iur.* dicitur non posse reparari, etiam si quis est excommunicatus, vt fuit decium arrepto Senatus pro episcopo Beluaceni contra officialem Remen. ann. 1519. die vlt. Ianuar. Igitur vidi pronunciatum abusuue inhibitu contra metropolitanum, qui inhibuerat episcopo, ne viterius in causa procederet post appellationem ab interlocutoria emissam, quia contra istum text. anno 1533. die 1. Decemb.

Etiam fallit in scholasticis, quia quolibet grauamine possunt appellare. *l. c. in d. auct. habita. ibi. ab omni iniuria. Scripti in scholastic. priuileg. 167.* Alios casus tradit Spee. *et ibi 10. And. in addit. in 2. parte. in tit. de app. Prae. pos. vero in c. vi. de iur. col. 18. de app. dicit 10. necessaria in app. ab interlocutoria.*

Primum, quod causa grauaminis subsit de presenti. per *l. c. ibi.*

Secundum, quod pars appellans, & rationabilis. *c. cum speciali. de appel.*

Tertium, quod causa sit vera. *c. cum causam. de appel.*

Quartum, quod causa sit nominatim expressa. *c. in illo. tit. 6. c. de. appellanti. ibi. don.*

Quintam, quod in scriptis fiat appellatio. *d. c. 1.*

Sextum, quod Apostoli petantur. *c. ab eo. illo. tit. in 6. c. 2. eo. tit.*

Septimum, quod pars appellans, seu eius procurator, sit instructus, vt in *d. c. 1. probatur. in fi.*

Octauum, quod intra decem dies interponatur a die illati grauaminis, & scientie. *c. concertationi. de ap. in 6.*

Nonum, quod intra annum fiat profectio, vel ex causa biennium. *c. Romana. c. ex Ratione. eo. tit.*

Decimum, quod in praesentia iudicis a quo interponatur. *c. suggestum. c. si. eo. tit.*

ibi. alia licet videre. Et per Guido Pape. in decis. Delphi. q. 77. sed circa. & decem necessaria ad hoc vt valeat appellatio ante sententia definitiuam, ponit Spee. in 3. parte. rub. de app. §. 1. quem sequitur Rom. conf. 309. vt declarationem. col. 1. vide Prae. in c. super eo. 2. col. 2. de appe. Per. de Ferr. in sua pract. in forma appel. ab interloc. & hodie parum seruatur ista deci. Ad quae deberent curiae supremae aduertere. Ego ipse vidi quaedam procuratorem rixosum in vna causa sexaginta solidorum ad Senatum, vel ad alios iudices septuagesies, & vltra appellasse, & causam coram iudicibus secularibus agitatam viginti annis protelasse, & ideo super his sanctae fuerunt nuper factae contra hos fugitios & rixosos ordinationes per Senatum, faxit Deus vt perpetuo obseruentur.

Ordinationes contra protelantes & fugitios sanctae institutione fuerunt.

§. SI QVIS.

Cause appellationis ad Papam emisse debent committi decidende in partibus, alioqui processus non valent, & pars impetrans debet in expensis damnari, & interesse condemnari, exceptis cardinalibus & officialibus sedis apostolicae.

I quis a vero immediate subiectus sedi Apostolicae, ad eandem sedem duxerit appellandum, causa committatur in partibus. per rescriptum, vsq; ad finem litis, videlicet vsque ad tertiam sententiam conformem in clusiu, si ab illis appellari contigerit. Nisi propter defectum denegate iustitiae, aut iustum metum: & tunc committi debeat in partibus conuicinis, & cum causatum expresse. Quae etiam de illis, etiam legitime alias quam per iuramentum, coram

§. Si quis vero. Diuiditur in sex partes, in prima traditur regula, in secunda duae exceptiones, in tertia, exceptionis declaratio, in quarta quomodo debeat constare de metu, aut iustitiae negatione, in quinta,

quinta, irritat processus contra prædicta attentatos, in vltima excipit sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales, & alios omnes officiales curiæ Romanæ. actu officium exercentes. 2. est ibi, nisi propter 3. & ibi, & tunc committi. 4. ibi, quæ etiam 5. ibi, processus. 6. ibi, sanctæ verò.

iudicibus à sede Apostolica deputandis constare debeat. Processus autem contra præmissa attentatos, nullos & irritos esse volumus, ac rescripta contra præmissa impetrantes, in expensis, damnis & interesse condemnari debere decernimus atque declaramus. Sanctæ verò Romanæ Ecclesiæ cardinales, qui pro vniuersali Ecclesia continuè laborant, necnon, di-
ctæ sedis officiales, officia sua actu exercentes, sub præsentis decreto non intendimus comprehendere.

Causa per papam committi debet in Francia, & quomodo.

Quamvis iste textus loquatur in subiecto immediatè sedi Apostolicæ, tamen idè in hoc regno, in alio quocunque appellante ad Papam, vt causa debeat in partibus committi & contrarium fiat, ad Senatum appellatur tanquam ab abusu, & condemnatur pars in expensis, damnis & interesse, quamvis per prag. in expensis tantum, & si non appelletur ad Senatum, poterit iudex appellationis etiam appellantem condemnare. per cle. 1. de rescriptis. Ista decisio probatur in l. cum post sententiam. C. de app. & in c. sanè. de foro comp. vbi doct. & in Papa hoc expressè tradit Anch. in c. ad audientiam. in 1. not. de eccles. & dis. vbi dicit quod si causa est parua non debet Papa de illa ad eum deuoluta per appellationem cognoscere in euria propter difficultatem itineris, & magnitudinem expensarum. facit l. 2. ff. si quis causam. & hic est decisum. [excipit cardinales videlicet vt causæ cardinalium Romanæ tractari possint, & non debeant in partibus committi: intelligere in quando Romanæ resideret, alioqui haberet locum iste

text. & multò fortius contra eos ratione denegatæ iustitiæ, quia cum sint potentes in suis episcopatibus, causa subditorum contra eos tractari non debet in episcopatu, sed in locis circumuicinis: & si impetretur rescriptum, solet ad Senatum appellari tanquam ab abusu, & dabuntur iudices in episcopatu proximo, & hoc iustum est.]

Intellige quod causa committi debet in partibus, in locis in quibus causa tractari in prima instantia debet, & decidi. rubr. de causis, supra. Et quod pars pro loco sumatur, probat l. here. ff. de acq. rer. dom. & scripsi in l. nomen §. portionis ff. de ver. sig. Secundo, ista causa debet committi in ciuitate rei, si actor & reus sunt diuersarum ciuitatum & dioccesum. cap. statutum §. cum autem de rescr. in 6. Si verò actor & reus sint eiusdem diocesis, seu ciuitatis, non debet extra ipsas causa committi. §. cum verò. ibidem. nisi in casibus ibidem expressis, & tunc vltra vnam dietam etiam causa committi non potest. vt d. §. cum autem. & probat hic tex. dum dicit in partibus conuicinis, scilicet per vnam dietam, vt de iure, & hoc etià tractat Fel. c. nonnulli. col. 29. cum seq. res. collige. de rescr. vbi plenissimè, nisi in casu. ca. si. de rer. perm. vbi Pan. Et sic iudicauit, vt accipi. Senatus Gratiopolitani, & hæc dicta computatur à loco habitationis & domicilij, tam in realibus, quam in personalibus. gl. in d. §. cum verò, quam probat Fel. in c. dilectus. 2. nu. 13. de rescr. vers. computantur. [& licet Papa delegaret extra ciuitatem, non posset de ea cognosci extra, quia infra in titu. de forma annullantur que fiunt contra, & facit quod not. Bald. in l. si va. proposita. C. quomodo & quando iudex. rescr. l. 1. in l. nonum. ff. de offi. eius.]

Derogatur tamen in hoc illi c. statutum. §. cum verò. quia non probatur metus aut denegatio iustitiæ per iuramentum, sicut ibi, sed debet probari legitime, vt patet hic in vers. quæ etiam de illis, etiam legitime aliis, quam per iuramentum coram iudicibus à sede Apostolica deputandis constare debeat, an possit contrarium probari, si vna pars probauerit metum, denegationem iustitiæ.

Episcopi
vicarios
causare re-
nentur in
illo resfor-
tu, vbi co-
gnoscunt.

iustitia. [Respo. posse, quia in d. c. statutum, non dicitur quod debeat ei dari, licet disponat, quod ad probandum sufficiat, hoc docet Bal. in c. nonnulli. col. 4. nu. n. de prescri. Et in add. ad Spec. in tit. de offi. iud. vide per Aufr. in decis. Tholos. q. 236.]

Arresta.

Item si iudex ecclesiasticus in casibus præmissis citet laicos extra iurisdictionem parlamenti, seu (vt dicunt) ressortum, debet deputare vicarios, qui cognoscant de illa causa in illo ressortu, vbi sunt laici, vt si forte appellaretur postea ab illis iudicibus ratione abusus, causa veniret ad illam curiam parlamenti in qua degunt laici, alioqui solet appellari tanquam ab abusu, vt fuit pronuntiatum contra episcopum Tulensem, anno 1517. die 13. Augusti, nec tenebitur comparere si extra ressortum citatus, vt fuit dictum in Senatu, an. 1534. die 7. Maij, imò legatus licet in qualibet parte legationis iurisdictionem exercere possit. c. nouit. de offi. leg.

Delegari
debet iudi-
cis in loco
ressortus.

Tamen si partes nimis distent ab illo loco, in quo habet tribunal, tunc debet delegare causam in loco partium. Anch. & Barb. in c. nonnulli. de rescr. refer. Barba. in ca. 1. col. 30. nu. 135. de iudi. & ita solet fieri in Francia. Idem dicitur in causa appellationis. in l. cum post sententiam. extra de appel. Anch. in ca. nonnulli. no. 1. de rescr.

§. STATVIMVS.

Iudices causas decidere & terminare intra biennium sub pena excommunicationis, & priuationis beneficiorum debent, & pars diffugiens graui pena multari. hoc sit summa loco.

Statuimus etiam & ordinamus quod iudices causas quæ in partibus terminari debent, coram eis pro tempore pendentes, sub pena excommunicationis & priuationis beneficiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrenda, infra biennium terminare debeant. Pars verò diffugiens, & expedi-

tionem ipsius causæ malitiosè impediens grauissimè per eosdem iudices mulctetur, etiam vsq; ad priuationem iuris in huiusmodi processu prætensi, si eis visum fuerit super quo eorum conscientias oneramus.

Statuimus. a) Tria dicta ponit, primo præcipit iudicibus causas intra biennium terminare. Secundo punit partes fugientes. ibi, pars verò. Tertio restringit appellare volentes. ibi, ab interlocutoriis.

Iulitæ & sanctæ. hic vltra in pragmaticâ statuitur, ne lites sint immortales, vt iudices eas intra biennium debeant terminare: & vt inam obseruaretur tam in iudicibus ecclesiasticis, quàm secularibus, & sic declarantur, & limitantur tam iura ciuilia quam canonica. Primo l. properandum. C. de iud. vbi de iure ciuili in ciuilibus instantia peribat triennio. In criminalibus verò biennio. l. vna. C. vt cause crimina. nisi in quatuor casib. traditis per Soc. in tract. fallen. regula. 182. De iure verò canonico non peribat instantia. c. venerabilis. secundum vnum intellectum. de iud. c. cum ex literis. de in iueg. rest. c. cum olim. §. iudices. de priuileg.

Hodie tamen hic statuitur tempus duorum annorum, quia cessat causa, quare olim non peribat instantia in foro ecclesiastico: nam in eo pro quolibet grauamine appellare licebat. c. super eo. 2. de appel. sed de iure ciuili non. l. 2. C. de episcop. audien.

Sed cum hodie non liceat appellare, vt supra visum est, ab interlocutoria non inferente grauamen irreparabile in definitiua, ideo causa citius terminari poterit. Et ideo biennium statuitur hic, tam in ciuilibus quàm in criminalibus, & quando iudex non possit eam intra biennium terminare, quid debeat agere, satis superque explicatur in l. properandum. C. de iud. In curiis ecclesiasticis supradicta procedunt: nam laicorum in curiis secularibus, si causam quis non interuenit, ita proficiat per annum. est interrupta, ita quod sententia lata post interruptionem est sa per an-

Cause in-
tra bienniu
finiri de-
bent.

G G g g g

nulla. l. scire. §. consequens. ff. de excus. tut. & l. si iudex. de iudi. l. cum non. eod. C. quando prouocatur non est neces. Felin. in cap. de causis. col. pen. de offi. deleg.

Ideo necesse habet quis (si illam causam interruptam vult prosequi) impetrare literas à cancellaria, quod non obstante interruptione in causa procedatur, sicut ante interruptionem, ita expresse tenet D. Boe. in §. 23. de iuris. omn. iud. in consuetu. Bituri. & sine illis literis iudex pronuntiabit instantiam esse peremptam, & partem in expensis condemnabit. l. propterandum. §. 1. C. de iud. & l. 1. v. intra certum tempus. l. si praeses. & ibi Bar. & alij. C. quom. & quando iud.

Et si aliquis fuerit priuatus beneficio, & in emenda adhuc condemnatus, si appellet tanquam ab abusu ad Senatum, & à priuatione ad iudicem ecclesiasticum, non curret tempus appellationis prosequendae coram ecclesiastico, donec prosequitur coram senatu. per cle. quandiu de appel. sic fuit iudicatum pro quodam religioso contra officialem Malleacen. anno 1531. die 4. Maij. Item valebit sententia post biennium, quia hic non annullatur: & ita concludunt doctor. in d. l. propterandum. & sic consuluit Paul. Caltreni. cons. 184. videtur dicendum in 1. volum.

Arrestum.

Effectus mala fidei an perempta instantia duret.

Quaero, an perempta instantia duret effectus mala fidei, sic quod litis contestatio inducat malam fidem quo ad fructus, & omnes alios effectus? Butrius, Pan. & ceteri in d. c. illud. col. vlt. de praeser. tenent quod non duret, nisi quo ad interruptionem praescriptionis, & perpetuationem actionis, sed litis contestatio sola non inducit veram malam fidem, sed praesumptam tantum, ubi non constat de iure agentis. ista fuit opinio gl. sing. in l. 2. C. de fruct. & litis expen. quam gl. sequitur ibi. Salic. per multa allegata per eum: tum maxime: quia perempta instantia, pereunt acta. l. cum litis. ff. iudi. sol. & sic omnis causa ab eis, cum isti effectus non sint in esse producti, & separabiles à sua causa: & ubi reperitur contrarium, ut est in praescriptionis interruptione, & perpetuatione actionis, illud non est trahendum ad omnes, imò casus exceptus fir-

mat regulam in non exceptis. l. ff. de reg. iur. licet Bar. in d. l. 2. contrarium teneat, cum dictum non obstat, quia si (ut praesupponitur) possessor est bonae fidei, quomodo est possibile, quod sola litis contestatio, per quam non apparet aliquid, quod scientiam rei alienae habeat, inducere faciat eum plene & perfecte mala fidei possessorem esse? non video, sed ex tunc datur iudicium perueniendi ad notitiam ex probabilius factis, & lata sententia declaratoria rei alienae habet tunc plenam notitiam, & haec notitia trahitur retro ad tempus sui initij, & sic ad tempus litis contestatae.

Et ex hoc apparet, quod effectus scientiae rei alienae, non fuit statim per litis contestationem consummatus, & perfectus. Et sic non est vera ratio Bar. secundum Salic. ibi. & contra Bart. tenuit Ioa. Francisc. Bald. in tract. de praeser. in 3. parte 6. partis princip. q. 2. col. 48. quia nemo cogitur ius suum indefensum dimittere. l. illud ff. de peti. here. Currius in l. num. 82. C. de eden. Et quod fructus non debeant restitui à die peremptae instantiae vsque ad nouam litis contestationem, iudicauit Senatus Paris. hoc anno 1536. die 8. Februarij, per l. fi. C. de praeser. 30. vel 40. anno. etiam si qui restituantur à perempta instantia.

Idem etiam iudicauit pro religiosis de port. Royal, contra domum Dei Paris. anno 1518. die 13. Aprilis. vide Ambo. Caynum in decis. Neapol. q. 11.

§. AB INTERLOCUTORIIS.

Ab interlocutoriis appellari secundo non licet, ne à definitiuis tertio, sed duae interlocutoriae conformes, & tres definitiuae executioni mandari debent. hoc loco summa habeatur.

B interlocutoriis autem secundo, à definitiuis verò tertio prouocare non licet decernimus, sed volumusque secundam sententiam interlocutoriam conformem & tertiam definitiuam, etiam conformem (omni mora cessante)

fante) executioni debita demandari debere, quacunq[ue] appellatione interposita non obstanti.

Semel et iterum tantum appellatur ab interlocutoria.

Vltimò ex hoc patet, quod à sententia interlocutoria non licet secundo appellare, sed si fuerit confirmata, poterit executioni demandari, vt fuit pronunciatum in Senatu, anno 1542. die 25. Septembris contra rescriptum impetratum post interlocutoriam confirmatum abusiue impetratum, & concessum, quia non valent literæ concedentes tertiam appellationem de iure, per text. in cap. sua nobis. de appellat. Socin. in l. singulis. ff. de except. rei iudic. fuit tamen admittita post tres sententias conformes appellatio tantquam ab abusu ad Senatum in causa decimarum infudatarum, de quibus dicunt regales non posse de eis iudices ecclesiasticos cognoscere die 17. Iulij, an. 1539. [Quãvis contrarium dixerim de iure in tractatu de decis. q. 10. Imò. ann. 1510. die 28. Iunij, fuerunt à Senatu annullatæ tres sententiæ à iudicibus ecclesiasticis late contra laicum, & in reliquis censuris, vbi prætenditur iudices ecclesiasticos non posse cognoscere, & sic erant ipso iure nullæ, sed fuit primus, qui voluntariè litigauerat, condemnatus in omnibus expen.]

Et idem erat statutum in prag. & regula eancel. 35. vbi p[er] p[en]a viginti florenorum auri punitur secundo appellans ab interlocutoria, vel tertio à definitiua. Et sexaginta differentias inter interlocutoriam & definitiuam, & alia multa de his sententiis dixi in repe. l. quod in si. ff. de rei iudic. Et hic text. loquens de interlocutoria, non habet locum in interlocutoria habente vim definitiuam.

Arrestum.

Ita fuit decisum in Senatu, anno 1518. die 7. Septemb. in sententia lata super iudicis incompetentiæ, vt erat expressum in prag. eo. 21. Nam hæc incompetentiæ semper allegari etiam post tres sententias potest, dicendo eas nullas, gl. in cle. vna. in si. de sequest. post. & nullitas potest allegari contra has sententias. [d. cle. de rei iudic. nisi in decem casibus traditis ibi per Barb. in 2. no. Nec tertio posset etiam allegare nullitatem. Io.

Fab. in § appellatur. in si. de excep. nec hodie ultra bis per istum text.

Si tamen allegetur nullitas postquam fuerit secundo appellatum, vel semel ab interlocutoria, debet per inodum provisionis sententia exequi, & ita solet personarum pronunciarum: quod alij iudices sequi debent, nisi nullitas appareret ex ipsa sententia, & ex ipsius inspectione. doctor. in leg. 4. condemnatum. ff. de rei iudic. Sic consilium Bertrand. conf. 250. v[er]o processu. in 2. vol. ex prima expressio. vbi alios allegat.

Vnde hoc anno 1543. & in mense Decembris. Car. Ferrarien. appellans contra tres sententias conformes ad Senatum tantquam ab abusu, dicens citationes non valuisse, non fuit receptus, sed fuit ad emendam condemnatus, & ideo post tres sententias contra iudicibus ecclesiasticis latis conformes: vidi impetrari literas à cancellaria directas fenescallo, aut bailliuo, seu gubernatori, iudici partium, in quibus mandatur ipsis, vt has sententias exequantur, non obstantibus oppositionibus, & appellationibus, si constaret eidem de dictis tribus sententiis definitiuis conformibus, vel duabus interlocutoriis, & facta executione poterit de nullitate agi. cle. i. ibi. ad agendum de nullitate. de rei iudic. Et sic executionem non impedit, nec debet audiri allegans nullitatem nisi facta executione, & per actionem, vt d. cle. i. sed in hoc regno appellant, & appellatio executione facta recipitur.

Arrestum.

Praxis ne quis tertio appelles.

Imò in vltima sententia solet ad expensas aliarum sententiarum condemnari, nisi ex nouiter productis hæc vltima sententia feratur. doctor. in c. sua nobis. de appell. vnde vidi in materia beneficii impetrari literas à Papa & Rege directas certis iudicibus, vt cognoscerent de petitorio, & deciderent remota appellatione, & lata sententia ab istis iudicibus auctoritate Apostolica & regia commissis, non appellabitur, quod est vtile ad euitandum tres sententias definitiuas, & hæc literæ facile obtineri, quia in forma iustitiæ sunt.

Nota bene.

Intellige non posse tertio prouocare ab eodem grauamine, secus si à diuersis

quia quoties gravatur, toties quis potest appellare. *c. quoties. 2. quaest. 6.* & in eisdem capitulis, secus in diversis. *Alexand. conf. 77. in causa. in 2. vol. intellige tamen ut supra dictum est in princip. huius tex. Vide Panor. conf. 97. attingam. in 1. vol.* [Si tamen post tres sententias is qui eas passus est contra se proferre, velit dicere se non esse illum condemnatum, hoc debet planè probare, aliàs sententia executioni debet mandari contra eum, quia liti se obtulit, & illud nò allegavit, ob id talem probaverit clare se non fuisse condemnatum, & ipse illud offerat, condemnabitur tamen in expensis voluntarij processus. *l. propèrandum. §. si autem alterutra. C. de iudi. & alter poterit de nouo probare: & ita vidi iudicatum in curia conservatoris.*

Sententia
desertionis
an sit diffi-
nitiva.

Arrestum

Quantum ad definitivam, iste articulus continet ius commune, ut patet in rub. *C. ne liceat in vna eademq. causa tertio provocare, & si prima sententia fuerit lata, & postea fuerit appellatum, & fuerit appellatio deserta, & alia postea sententia fuerit prolata, ab ista prolatione desertionis dico debere mandari executioni, quia pronuntiatio super appellatione à definitiva est definitiva, de qua loquitur hic tex. *gl. in verbo, non habente. eo. tit. in prag. Guido in dec. 1. de lib. q. 1. dixi in repe. l. quod iusu in praes. num. 57. ff. de re iudic. & ita fuit prolatum arrestum in magna camera hoc anno 1537. die 25. Februarij. Quamvis Old. consuluerit conf. 106. quod licet de sententis definitivis, intelligendum esse latis, visis actis, & cum maturitate consilij, sed si fuerint latae ex desertione non exequentur tum quod cesset ratio. *cle. l. quod non praesumat calumniari, qui nunc allegat illarum sententiarum nullitatem, quae non fuerunt visae, sicut quando processus est visus à relatore & consultiorebus, tum quod casus non est comprehensus in d. cle.***

Etiam in causa matrimoniali non licet tertio provocare. *gl. sup. in c. fraternitatis. in verbo, fornicario. de frig. & malofic. poterit tamen superior adiri per viam querelae. *gl. obs. not. in ca. ad reprimendum. in verbo, suspendatur. de offic. ord. quam notat Panorm. & alij in c.**

laor. de re iud. vbi Fel. ait, quòd licet restitutio contra sententiam, quae in rem transiit iudicatam, non petatur nisi à principe. l. diui. ff. de penis. ut scripsi in tracta. de literis iuribus, seu sub forma, ut practici atunt, iuribus impetratis. in 1. tomo constitutio. reg. secus tamen est secundum eum in sententiis, quae non transeunt in rem iudicatam. allegat Do. in c. venerabilibus. §. porro. col. 1. de sentent. excommu. in 6. Et sic bailliui & seneschalli illas possent literas concedere, quod vix obtineretur in Francia, sed à cancellaria vel à rege tantum, quantum ageretur de retractando arrestum, secus in alia sententia inferioris, ut servatur Nemausi, vbi seneschallus concedit.

Item tres sententiae suspenduntur quoad executionem propter novum appellatorem, *reor. verbis Baldi. in c. cum super. per illum tex. col. 1. de re iudic. vbi licet tertio, qui causam agnoscivit appellare, quavis parti condemnatae non liceret. Alex. in l. sepe ff. de re iud. quamvis contrarium teneat Roman. sing. 287. cle. ut calumniis. sed quantum ad partem contra quam latae sunt exequentur, contra verò tertium non ca. veniens. vbi doct. de restit. nisi malitiosè distulerit. Ancha. conf. 333. an dubia. col. pen.*

Adde etiam, quod tres sententiae conformes non exequentur, si illa executio non possit retractari, ut in criminalibus, vel ut fiat matrimonium, & puella defloretur, & postea de nullitate agatur, certè non hoc fiet, ut scribit Auffer. in dec. Tholosanus. q. 430. rotaltes dicens cle. primam habere locum quando executio erat reuocabilis, aliàs non facit. *2. ut lire pend. l. non distinguemus. §. mira. ff. de arbit. quod sequitur Bomf. in d. cle. col. 4. Aliàs posset dici, quod imperator scribit in l. 2. C. de iuris & fact. igno. Sera prece subueniri tibi mulier desideras, nam factae res retractari non possunt. l. in libello. §. factio. ff. de capti. Bene in repe. c. Raynutius. in verb. mortuo. i. nu. 212. de testam. & sic fuit iudicatum in supremo Burdegal. parlamento, ut mihi retulit doctissimis D. Boerius. Et conformes dicuntur convenientes, & quamvis aliquod sit immutatum in summis, vel quantitati, nihilominus in quo convenienter conformes*

formes dicuntur. teste Barb. cons. 10. in fin. & cons. 20. Bene et in 3. volu. Anno Crauente. cons. 187.

Restitutio
in integrum
non impedi-
tur execu-
tionem.

Ad hæc restitutio in integrum minori concessa aduersus tres sententias conformes, non impedit interim executionem, teste Bal. in d. l. 1. C. de licet. 3. prouoc. & secundum istam opinionem fuit in Rota iudicatum, quando malitiæ præsumptio cessabat, alias contrarium secundum Cassad. in d. c. 1. de rest. in integ.

Vide tamen octo casus per Præposi. & alios in c. sua. col. 8. & seq. in gl. tertio appellare. de appella. in quibus licet tertio. prouocare. Soc. in tracta. fallen. regula. 328. prouocare. & ultra statutum est in ltylo parliamenti in 7. parte rubr. de fide instrum. ordina. 3. sic, vt à magis anfractibus. & infra ordinatum est, quod de processibus, qui de cætero fient de curiis prædictis, vbi non erit quæstio, nisi de tribus libris Turonen. soluendis semel, & infra, qui summariè sunt vacandi, non recipietur nisi prima appellatio ad iudicem regium proximiorum, ad quem pertinet processum in prima figura absq; grossatione fieri asportari, alia additi in rub. C. ne lice. ter. prouoc. [Item sententia vna prouisionalis est executoria, non obstante appellatione per modum prouisionis, tam à iudice ecclesiastico, quàm seculari lata, non ratione huius text. in quo duæ vel tres requiruntur, sed quia est priuilegiata, vt si fuerit lata in causa alimentorū, vel cōgruæ portionis, vt plenissimè scripsi in vact. sent. prouiso. in 1. 10. n. comment. in const. reg. vbi dixi in casibus in quibus non licet de iure canonico appellare, iudex per modum prouisionis potest condemnare: hoc multis probarem, sed ne eadem repetam, missa nunc faciam.]

[Alias est in rub. de libere quieteq; possidentibus, vt supra in poemio parte, sed nolui quicquam immutare, cum ex hoc nihil detrimenti, aut emolumenti maioris insit, & quia hæc rub. in his verbis frequentius allegatur, & super hoc titulo pauca scribā cum amplum super hoc ediderim tractatum, per quē iste titulus intelligi, ampliari & restringi potest.] [Ex §. monemus etiam

ordinariis, not. quod episcopi & archiepiscopi debent inquirere ne quis beneficium possideat sine titulo, & hoc maxime in suo nouo aduentu, ne intrusos fouere videantur: ad id debent visitare episcopatus, & singulos curatos & vicarios cogere, vt titulum eis ostendant: quod si facere recusauerint, debent declarare ius illi non competere, sed eo vocato & audito fieri debet. cap. licet episcopus. de præbend. sed hoc longum esset, quia hic postea appellaret vsque ad tres sententias conformes, vt supra visum fuit titulo de friuolis appellationibus. ob ista declaratione non vtuntur, vel raro, episcopi regni Franciæ. Sed inuenta est Praxis pro episcopis in inquirendis titulis beneficiorum. praxis in hoc regno, vt ipsi episcopi præcipiant curatis singulis quod exhibeant ipsi suos titulos, & qui recusat, episcopus statim illius beneficium alteri confert, & is cui collatum est accepta possessione agi possessorio, si alter ostendat verum titulum, manu tenebitur, si minus, collatio facta per episcopum valebit, & is obtinebit qui collationem ab episcopo habuerit. Item interrogare debet episcopus singulos curatos & vicarios sub iuramento, an aliud habeant beneficia, & quale, an curatum vel simplex: si dicunt se curatum habere, præcipiat vt ostendant dispensationem, per ca. ordinarij. de offic. ordin. in 6. quam si nolint ostendere conferat beneficium quod est in suo episcopatu, & sic vitabitur intrusio. At si curatus diceret se in presentiarum non habere, quia eum produxit, debet illi præstitueret certum tempus, & interim confert beneficium, quæ collatio non valebit, si ostendat titulum: alioqui episcopus præueniet Papam & sua collatio valebit, si titulus alterius non valeat: & ista est Franciæ regni praxis quo ad hoc.]

Praxis pro
episcopis
in inqui-
rendis ti-
tulis bene-
ficiorum.

Rub. de pacificis possessoribus.

Possidens beneficium pacificè per triennium non potest postea molestari in possessorio, nec peritorio, nisi fuerit impediens, & ordinarij inquirere debent, ne quis beneficium sine titulo possideat.